one: contritus reco

lo pro ſatiſfactione. tibi cor
pus domini ut confeſſioē.
poſſim te recipere cum devo
tione. Amen. ℣. Panez celi
dedit eis. ℟. Panem ange
lorum manducavit homo
℣. Domine exaudi oratioēs
meaz ℟. Et clamor meus
ad te veniat. Oremus. Or.
Deus qui nobis ſub
ſacramēto mirabili
paſſiois tue memo
riaz reliquiſti: tribue q̄ſumus
ita nos corporis et ſangui

nis tui ſacra myſteria uenera
ri: ut redemptionis tue fru
ctum in nobis iugiter ſentia
mus: Qui cum deo patre et
ſpiritu ſancto uiuis ⁊ regnas
deus. Per omnia ſecula ſecu
lorum. Amen. finis

Die veneris fit officium de sancta cruce. Ad matutinum.



Domine labia mea aperies. ℟ Et os meum annunciabit laudem tuam. Deus in adiutorium meum intende. ℟ Domine ad adiuvandum me festina. Gloria patri et filio: et spiritui sancto. Sicut erat

in principio et nunc et ſēper.
et in ſecula ſeculorum amen
Alleluia Antiphā Per
ſignum crucis de inimicis no
ſtris libera nos deus noſter.
Patris ſapiētia Hym̄.
ueritas diuina: chri
ſtus homo captus ē
hora matutina: a notis diſci
pulis cito derelictus. iudeis
eſt uenditus traditus et af
flictus. ℣. Adoramus te chri
ſte et benedicamus tibi. ℟.
Quia per ſanctam crucē tuam

redē

redemisti mundũ. ℣. Domine
exaudi orationem meam. ℟.
Et clamor meus ad te veniat.
Domine orõ. Ore.
iesu christe fili dei vi-
vi. pone passionem
crucem et mortẽ tuam: inter
iudicium tuum et animam
meam: nũc et in hora mortis
mee: et largiri digneris vivis
misericordiam et gratiam:
defunctis requiem et veniã.
ecclesie tue sancte pacem et
veram concordiam: et nobis

peccatoribus uitam et glori
am sempiternam. Qui uiuis
et regnas in secula seculorū
℟. Amen. ℣. Domine ex
audi orationem meam. ℟.
Et clamor meus ad te ueni
at ℣. Benedicamus domi
no. ℟. Deo grās. Ad primā.

DEus in ad
iutorium
meum in
tende. ℟.
Domīe ad
adiuuan

dum me feſtina Gloria pa
tri et filio, ⁊ ſpiritui ſancto
Sicut erat in principio et
nunc et ſemper. et in ſecula
ſeculorum amen Alleluia
Antiphā. Per ſignum cru
cis de inimicis noſtris libera
nos deus noſter. hymnus.
Hora prima offerunt
ieſum ad pilatum.
falſis teſtimonijs
multum accuſatum. ī collo
percuciunt manibus ligatū.
uultum eius conſpuunt lu

men celi gratum. ꝟ. Adora
mus te christe et benedicimus
tibi. ℟. Quia per crucē tuā
redemisti mundum ꝟ. Domi
ne exaudi orationē meam.
℟. Et clamor meus ad te ve
niat. Oremus. Oratio.
Domine iesu christe
fili dei viui pone paſ
ſionem crucem ⁊ mor
tem tuam. inter iudicium tu
um et animam meam. nunc
et in hora mortis mee. ⁊ lar
giri digneris viuis miſericor

diam et gratiam: defunctis re
quiem et ueniam: ecclesie tue
sancte pacem et ueram cōcor
diam: et nobis peccatoribꝰ
uitam et gloriam sempiter
nam: Qui uiuis et regnas i
secula seculoꝝ ℟. Amen. ℣.
Domine exaudi orationē me
am. ℟. Et clamor meus ad
te ueniat. uersus. Benedi
camus domino ℟. Deo
gratias. S E Q
U I T U R
Ad terciam uersiculus.

Deus in adiu
torium meū
intēde: ℟.
Domine ad
adiuuandū
me feſtina.
Gloria patri et filio et ſpi
ritui ſancto Sicut erat in
principio et nūc et ſemper.
et in ſecula ſeculorū amen.
Alleluia Antiphā Per
ſignum crucis de inimicis
noſtris libera nos deus no
ſter. ſequitur hymnus.

Crucifige clamitāt
hora terciarum: illu
sus induitur ueste
purpurarum: caput eius
pungitur corona spinaruz.
crucem portat humeris ad
locum penarum. ṽsus Ado
ramus te christe et benedi
cimus tibi ℟. Quia per san
ctam crucē tuam redemisti
mundum ℣. Domine exau
di orationem meam. ℟.
Et clamor meus ad te ue
niat. Oremus. Oratio.

Domine ieſu chriſte fi
li dei uiui pone paſſi
onē crucē et mortem
tuam: inter iudicium tuum
et animam meam: nunc et i
hora mortis mee: et largiri
digneris uiuis miſericordiā
et gratiam: defunctis requi
em et ueniam: eccleſie tue ſā
cte pacem et ueram concor
diam: et nobis peccatoribꝫ
uitam et gloriam ſempiter
nam· Qui uiuis et regnas in
ſecula ſeculorum· ℟· Amen· aiſ·

Domine exaudi orationem meam. R. Et clamor meus ad te ueniat. V. Benedicamus domino. R. Deo gratias.

Ad ſextam uerſiculus.

Deus in adiutorium meum intende. R. Domine ad adiuuandum me feſtina. Gloria patri et filio. et ſpiritui ſancto. Sicut erat in principio et nunc et ſẽper. et in ſecula ſeculorum amẽ.

Alleluia Antiphona Per signum crucis de inimicis nostris libera nos deus noster

Hora sexta hymnus

Ihesus est cruci concla natus: et cum latronibus pendens deputatus. pre tormentis sitiens felle saturatus: agnus crimen diluit sic ludificatus. ℣ Adoramus te christe et benedicimus tibi ℟ Quia per sanctam crucem tuam redemisti mundum. ℣ Domine exau

di orationem meam. ℟. Et
clamor meus ad te ueniat.
Domine or. Oremꝰ
iesu christe fili dei ui
ui pone paſſionem
crucem et mortem tuam. iter
iudicium tuum et animam
meam. nunc et in hora mor
tis mee: et largiri digneris
uiuis misericordiam et gra
tiam. defunctis requiem et
ueniam: ecclesie tue sancte
pacem et ueram cõcordiam.
et nobis peccatoribus uitã

et gloriam ſempiternam. Qui
uiuis et regnas in ſecula ſeculo
rum. ℟. Amen. ℣. Domine ex
audi orationẽ meam ℟. Et
clamor meus ad te ueniat.
℣. Benedicamus domino.
℟. Deo gratias. Ad nonam.
Deus in adiu
torium meũ
intẽde ℟. Do
mine ad ad
iuuandum
me feſtina. Gloria patri et
filio. et ſpiritui ſancto. Si

cut erat in principio et nunc
et ſemper. et in ſecula ſeculoꝝ
amen Alleluia. Antiphõa.
Per ſignum crucis de inimi
cis noſtris libera nos deus nr̃.
Hora nona hymnus.
Hora dominus ieſus expi
rauit: hely clamans
animam patri commẽdauit.
latus eius lancea miles per
forauit. terra tunc tremuit ⁊
ſol obſcurauit. Verſus Adora
mus te chriſte et benedicim⁹
tibi R. Quia per ſanctã cru

cem tuam redemiſti mundū.
℣. Domine exaudi oratiōem
meam ℟. Et clamor meus
ad te ueniat. Oremus Or.
Domine ieſu chriſte
fili dei uiui pone paſ
ſionem crucem ⁊ mor
tem tuam. inter iudicium tu
um et animam meam. nūc
et in hora mortis mee. ⁊ lar
giri digneris uiuis miſeri
cordiam et gratiam. defun
ctis requiem et ueniam: ec
cleſie tue ſancte pacem ⁊ ue

me feſtina. Gloria patri 7 fi
lio 7 ſpiritui ſancto. Sicut
erat in principio et nunc et ſẽ
per. et in ſecula ſeculorũ amẽ
Alleluia. Antiphõa. Per
ſignum crucis de inimicis no
ſtris libera nos deus noſter.
De cruce. Hymnus.
ponitur hora veſper
tina. a matre ſuſcipi
tur celorum regina: fortitu
do latuit in mente diuina:
talem mortem ſubijt uite me
dicina: heu corona glorie ia

cuit ſu.

ram concordiam. ⁊ nobis
peccatoribus uitam et glo
riam sempiternam. Qui ui
uis et regnas in secula secu
lorum. ℟. Amen ℣. Domine
exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te ue
niat. ℣. Benedicamus dño
℟. Deo gratias. Ad uespas.

Deus in adiu
torium meũ
intende ℟.
Domine ad
adiuuandũ

cuit ſupina. ỽſus Adoramus
te chriſte et benedicimus tibi
℟ Quia per ſanctaz crucem
tuam redemiſti mundum ỽſ
Domine exaudi orationẽ me
am. ℟. Et clamor meus ad te
ueniat. Oremus. oratio.
Domine ieſu chriſte fi
li dei uiui pone paſſio
nem crucem & mortẽ
tuam inter iudicium tuuz et
animam meam: nunc et in
hora mortis mee: et largiri
digneris uiuis miſericordiã

et gratiam: defunctis requi
em et ueniam: eccleſie tue
ſancte pacem ⁊ ueram con
cordiam: et nobis peccato
ribus uitam et gloriam ſē
piternam. Qui uiuis et re
gnas in ſecula ſeculorũ. ℟.
Amen. ℣ Domine exau
di orationem meam. ℟.
Et clamor meus ad te ue
niat. ℣ Benedicamus do
mino. ℟. Deo gratias.

Ad completorium
ſequitur uerſiculus

Conuerte nos
deus saluta
ris noster.
℟ Et auer
te iram tuã
a nobis uš.
Deus in adiutorium meũ
intende ℟ Domine ad ad
iuuandum me festina. Glo
ria patri et filio, ⁊ spiritui sã
cto. Sicut erat in principio
et nunc et semper, et ĩ secula
seculorum amẽ. Alleluia.
Antiphã. Per signũ crucis

de inimicis noſtris libera nos
deus noſter: Hymnus.
Hora completorii da-
tur ſepulture: corp⁹
chriſti nobile ſpes
vite future: conditur aroma-
te complentur ſcripture: in-
gis ſit memorie mors hec mi-
hi cure. ℣. Adoramus te chri-
ſte et benedicimus tibi. ℟.
Quia per ſanctam crucē tuā
redemiſti mundū ℣. Domine
exaudi orationem meam ℟.
Et clamor meus ad te veniat.

Domine iesu christe Or.
fili dei uiui pone paſſi
onem crucem et mor
tem tuam: inter iudicium tuũ
et animam meam nunc et in
hora mortis mee. et largiri di
gneris uiuis misericordiam
et gratiam: defunctis requiẽ
⁊ ueniam: eccleſie tue ſãcte pa
cẽ et ueram concordiam: ⁊ nobis
peccatoribus uitam ⁊ gloriã
ſẽpiternam: Qui uiuis ⁊ regnas
i ſecula ſeculorum. Amẽ. ℟. Do
mine exaudi orationẽ meam

℟ Et clamor meus ad te veni
at. ℣. Benedicamus domino
℟ Deo grãs. Recõmẽdatio.
Has horas canonicas
cum devotione. tibi
christe recolo pia ra
tione: tu qui pro me paſſus
es amoris ardore. ſis mihi
ſolatium in mortis agone.
Amen. ℣. Adoramus te chri
ſte et benedicimus tibi. ℟.
Quia per crucẽ tuaꝫ redemi
ſti mundum Oremus or.
Domine iesu christe fi

li dei viui. pone paſſionē cru
cem et mortē tuam. inter iu
dicium tuū et animam me
am. nunc et in hora mortis
mee: et largiri digneris viuis
miſericordiam et gratiam:
defunctis requiem et veniā.
eccleſie tue ſancte pacem et
veram concordiam: et nobis
peccatoribus vitam et glori
am ſempiternam: Qui cū
patre et ſpiritu ſancto viuis
et regnas deus. per omnia ſe
cula ſeculorum. ℟. Amen.

Sabbato fit officium glori
ose virginis marie. Ad
matutinum versiculus.



Domĩe la
bia mea
aperies.
℟. Et os
meum an
nũciabit
laudem
tuam. Deus in adiutoriũ
meum intẽde ℟. Domine ad
adiuvandum me festina. Glo
ria patri et filio. et spiritui sã

cto Sicut erat in pricipio
et nunc et ſemper. et in ſecu
la ſeculorum amen Alleluia
Deus qui Hymnus.
primum hominem
de limo terre creauit.
et ad ſimilitudinem ſuam
propriam formauit: te pre
elegit uirginem. et in te ſe ob
umbrauit. ut humanam p
paginem redimeret que pec
cauit. Antipha. Poſt par
tum uirgo inuiolata pman
ſiſti: dei genitrix intercede

pro nobis ṽſus Domine
exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te
veniat. Oremus. Oratio

Omnipotens ſempi
terne deus qui glo
rioſe virginis ma
rie corpus et animam. ut
dignum filij tui habitaculũ
effici mereretur. ſpiritu ſãcto
cooperante preparaſti: da
ut cuius commemoratione
letamur. eius pia interceſ
ſione ab inſtantibꝫ malis

et periculis. et a morte subita
nea atqꝫ perpetua liberemur.
Per eundem christum domi
num nostrum ℟. Amen. ℣.
Benedicamus domino ℟.
Deo gratias. Ad primam.
Deus in adiu
torium meū
intende ℟.
Domine ad
adiuuãduꝫ
me festina.
Gloria patri et filio. et spi
ritui sancto Sicut erat in

principio et nunc et ſemper.
et in ſecula ſeculorum amen
Alleluia. Hymnus.
Nos deus in hoc crimi
ne pati nolens ordi
nauit: quod ſicut
mors in homine per mulie
rem intrauit: ſic per incta
femine uitam ei reſtaurauit:
de dauid regis ſemine quam
ioachim generauit. Antiã.
Poſt partum uirgo inuio
lata permanſiſti: dei gẽitrix
intercede pro nobis. vſus

Domine exaudi orationem
meam ℟ Et clamor meus
ad te ueniat. Oremus or.
Omnipotens sempi
terne deus qui glo
riose uirginis ⁊ ma
tris marie corpus et aiam.
ut dignum filij tui habita
culum effici mereretur: spi
ritu sancto cooperante pre
parasti: da ut cuius cōme
moratione letamur. eius
pia intercessione ab instā
tibus malis et periculis ⁊

a morte ſubitanea atq; per
petua liberemur. Per eundē
chriſtum dominum noſtrū.
℟. Amen. ℣. Benedicam͛
domino ℟. Deo gratias.
Ad terciam uerſiculus.
Deus in adiu
torium me
um intēde.
℟. Domine
ad adiuuā
dum me feſtina Gloria pa
tri ⁊ filio: ⁊ ſpiritui ſancto.
Sicut erat in principio ⁊

nunc et ſemper: ⁊ in ſecula ſe
culorum amen. Alleluia.
De inmulieruz hymnus.
numero hec ſola ſan
cificata. fuit i matris
utero ſanctaqꝫ ſemper ſerua
ta: in eiuſqꝫ tenero in tēplo fu
it preſentata: caſtitatez deo
uero uouit ſponte dedicata.
Antiphā: Poſt partuz uir
go inuiolata permanſiſti. dei
genitrix intercede pro nobis.
℣. Domine exaudi oratione̅
meam. ℟. Et clamor meus

ad te veniat. Oremus. oratio

Omnipotens ſempi
terne deus. qui glori
oſe virginis et matris
marie corpus et animam ut
dignum filii tui habitaculum
effici mereretur: ſpiritu ſancto
cooperante preparaſti: da ut
cuius commemoratione leta
mur: eius pia interceſſione ab
inſtantibus malis et periculis.
et a morte ſubitanea atque per
petua liberemur. Per eundem
chriſtum dominum noſtrum.

℟. Amen ℣. Benedicamus domino ℟. Deo gratias.

Ad sextam uersiculus.

Deus in adiutorium meū intende. ℟. Domine ad adiuuãdū me festina. Gloria patri et filio, ⁊ spiritui sancto. Sicut erat in principio et nunc et semper: ⁊ in secula seculorum amen. Alleluia. Deinde dicitur hymnus.

Deus causa mũditie
uirginis in ea gratis.
carnem nostre mise
rie sumpsit et humanitatis.
peperit regem glorie nil ha
bens anxietatis. manente
pudicitie floreqꝫ uirginita
tis. Antiphona. Post partum
uirgo inuiolata permansisti.
dei genitrix intercede pro no
bis. ℣. Domine exaudi ora
tionẽ meam ℟. Et clamor
meus ad te ueniat. Ore
mus. sequitur oratio

Omnipotens sēpiter
ne deus qui gloriose
uirginis et matris
marie corpus et animam ut
dignum filij tui habitaculū
effici mereretur spiritu sācto
cooperante preparasti: da ut
cuius commemoratione le
tamur: eius pia intercessiōe
ab instantibus malis et pe
riculis. ⁊ a morte subitanea
atq; perpetua liberemur. P
eundem christum dominū
nostrum. ℟ Amen. uij. Do

mine exaudi orationē meā.
℟. Et clamor meus ad te ue
niat. ℣. Benedicamus dño
℟. Deo gratias. Ad nonam.
DEus in adiu
torium meū
intende. ℟.
Domine ad
adiuuãdũ
me festina. Gloria patri et fi
lio: et spiritui sancto. Sicut
erat in principio ⁊ nunc ⁊ sēp.
et in secula seculoꝝ amen.
Alleluia. sequitur hymnus

Ipsum suis uberibus
uirginali lacte pauit.
et pannis pau peri
bus hunc inuolutum recli
nauit. cibisque melioribus
quos habuit post cibauit.
donec sic puerilibus annis
sponte resignauit. Antiphona.
Post partum uirgo inuio
lata permansisti: dei geni
trix intercede pro nobis.
℣. Domine exaudi oratio
nem meam ℟. Et clamor me
us ad te ueniat. Oremus.

Omnipotens ſempi
terne deus qui glo
rioſe uirginis ⁊ ma
tris marie corpus et aīam
ut dignum filij tui habita
culum effici mereretur. ſpiri
tu ſancto cooperante prepa
raſti: da ut cuius cōmemo
ratione letamur: eius pia
interceſſione ab inſtātibus
malis ⁊ periculis: et a mor
te ſubitanea atqꝫ perpetua
liberemur. Per eundez chri
ſtum dominuz noſtruz. R.

Amen. Benedicamus do
mino Deo gratias.

Ad uesperos uersiculus

Deus in adiu
torium meũ
intende. R.
Domine ad
adiuuãdum
me festina Gloria patri et
filio et spiritui sancto Si
cut erat in principio et nunc
et semper et in secula seculo
rum amen Alleluia. De
inde dicitur hymnus

Et poſt chriſti paſſio
nem quam preſens
uidit maria: ⁊ eius
aſcenſionem uſq; ad regna
celeſtia: templi petit manſi
onem ſicut prius uirgo pia.
repetens orationem donec
fuit in uite uia. Antiphōa
Poſt partum uirgo inuio
lata permanſiſti. dei gēitrix
intercede pro nobis. uerſus
Domine exaudi orationē
meam ℟ Et clamor meus
ad te ueniat Oremus. or̄.

Omnipotens ſempi-
terne deus qui glo-
rioſe virginis et ma-
tris marie corpus et animam
ut dignum filij tui habita-
culum effici mereretur. ſpi-
ritu ſancto cooperante pre-
paraſti: da ut cuius comme-
moratione letamur. eius
pia interceſſione ab inſtan-
tibus malis et periculis:
et a morte ſubitanea atque
perpetua liberemur. Per eun-
dem christum dominum no-

strus. ℟. Amen. Vers. Be-
nedicamus domino. ℟.
Deo gratias. Ad cōpletoꝛ.
COnuerte nos
deus saluta
ris noster.
℟. Et auer
te iram tuaꝫ
a nobis. Deus in adiuto
rium meum intende. ℟. Do
mine ad adiuuandū me
festina. Gloria patri ⁊ fi
lio ⁊ spiritui sancto. Si
cut erat in principio ⁊ nūc

et ſemper. ⁊ in ſecula ſeculoꝝ
amen. Alleluia. hymnus.
In obitu cōuenerūt
omnes eius diſcipu
li: ipſamq; ſepelie
runt: et poſt tres dies ſingu
li: corpus in ſepulcro que
runt. nil inuenerunt ſeduli.
Id aſſumptum iam aſſerit.
in celum omnes creduli. An
tiphona. Poſt partum uir
go inuiolata permanſiſti:
dei genitrix intercede ꝑ no
bis. ℣. Domine exaudi

orationem meam ℟. Et cla
mor meus ad te veniat.
Omnipotens Oremus.
sempiterne deus.
qui gloriose virgi
nis et matris marie corpus
et animam: ut dignum filij
tui habitaculum effici me
reretur: spiritu sancto coope
rante preparasti: da ut cuius
cōmemoratione letamur:
eius pia intercessione ab in
stantibus malis et periculis.
et a morte subitanea atque

perpetua liberemur. Per eun
dem chriſtum dominuz no
ſtrum ℟. Amen. ℣. Bene
dicamus domino ℟. Deo
gratias. Recõmendatio.

Hec matris in hono
re: has horas chriſte
dicamus: corde de
uoto et ore. mane quaz pe
timus: ut nos mundet a fe
tore peccatoruz que fecimus:
precum ſuarum feruore. et
in celis ſecum ſimus. Anti
phoã Post partuz uirgo

inuiolata permansisti. dei
genitrix intercede ꝓ nobis.
℣ Domine exaudi oratio
nem meam. ℟ Et clamor
meus ad te ueniat. Orem̄.
Omnipotens oratō
sempiterne deus:
qui gloriose uirgi
nis et matris marie corpus
et animam ut dignum filij
tui habitaculum effici mere
retur spiritu sancto coopera
te preparasti: da ut cuius
cōmemoratione letamur:

eius pia interceſſione ab in
ſtantibus malis et periculis.
et a morte ſubitanea atqz
perpetua liberemur. Per eun
dem dominuz noſtrum ieſu
chriſtum filium tuum: qui
tecum uiuit et regnat in uni
tate eiuſdem ſpiritus ſancti
deus: per omnia ſecula ſeculo
rum: ℟ Amen. Finis.

Secuntur orationes ad ſa
cri corpus ⁊ ſa͞guie͞z chriſti.

Ave domine ie
ſu chriſte v͞bu͞
dei patris. fili⁹
virginis matris.
agnus dei. ſalus mundi. ho
ſtia ſacra. verbum caro. fo͞s
pietatis. Ave domine ie
ſu chriſte laus angeloru͞.
gloria ſanctorum. viſio pa
cis. deitas integra. verus ho
mo. flos ⁊ fructus virginis
matris. Ave domine ieſu

chriſte ſplendor patris.
princeps pacis. ianua ce
li. porta paradiſi. panis
uiuus. uirginis partus.
uas puritatis. Aue dn̄e
ieſu chriſte. lumen celi. pri
ceps mundi. gaudium no
ſtrum. angelorum panis.
cordis iubilus. rex et ſpō
ſus uirginitatis. Aue do
mine ieſu chriſte. uia dul
cis. ueritas ſumma. premi
um noſtrum. charitas ue
ra. fons amoris. pacis dul

cedo. requies uera. uita
perennis. Ad ſanguinem
Aue ſanguis christi.
ſacratiſſime. aue
ſanguis dulciſſi
me. aue ſanguis redēptio
noſtra. aue ſanguis preci
oſiſſime. libera me a ſubi
tanea et improuiſa mor
te. amen. Beati thome de
aquino ad corpus christi.
Adoro te deuote la
tens ueritas. que
ſub his ſignis ue

re latitas. tibi ſe cor meuȝ
totum ſubijcit. quia te con
templans totum deficit. Vi
ſus guſtus tactus in te fal
litur: ſed ſolo auditu tuto
creditur. Credo quicquid
dixit dei filius: nil eſt uerita
tis uerbo uerius. In cruce la
tebat ſola ueritas. ſed hic la
tet ſimul et humanitas. Am
bo uere credens atqȝ confi
tens. peto quod petiuit latro
penitens. Non ſicut thomas
plagas intueor: deū tamen

uerum te confiteoꝛ. Fac me
tibi ſemper magis credere.
in te ſpem habere et diligere.
O memorabile coꝛpus dñi.
panis uiuus uitam p̄ſtans
homini: preſta mihi ſemper
de te uiuere. et te mihi ſemper
dulce ſapere. Amē. Ad ſangui
nem:
Pie pellicane
ieſu domine. me im
mundum tuo mun
da ſanguine: cuius una gut
ta ſaluuz facere totū mun
dū poſſet omni ſcelere. Jeſu

quem uelatum nunc aſpi
cio: quando fiet illud qđ
iam ſitio. ut reuelata cer
nens facie. tue ſemper fru
ar luce glorie. Amen. Alia
beati thome de aquino ad
ſacrum corpus chriſti or.

Puro corde credo et
ore confiteor te eſ
ſe uerum deum et
hominē. eterni patris et uir
ginis matris filium. domi
num ieſum chriſtum. preciū
mee redemptionis. maticu

mee peregrinationis. ⁊ glo
riam mee reſurrectionis. p
cuius amore ſacroſanctaz
fidem teneo. Sed quia in
multis propter meam fra
gilitatem te offendi ⁊ quo
tidie offendo. tu tamen pi
us et miſericors es. et miſe
ricordiam tribuis omĩbꝫ
inuocantibus nomẽ tuuz
ſanctum in ueritate. ideo
te deprecor pijſſime domi
ne per tuam ſanctam miſe
ricordiam: et per huius ſa

cratiſſimi corporis et ſangui
nis tui precioſiſſimi excellen
tiam. et per uirtutē tue ſacra
tiſſime paſſionis. ut indulge
as mihi famulo tuo pecca
tori. Qui cum patre et ſpiri
tu ſancto uiuis et regnas de
us. per omnia ſecula ſeculo
rum. Amen. Alia ad corpus
Domine christi orō.
Iesu chriſte qui hāc
ſacratiſſimam car
nem tuam et glorioſum ſan
guinē tuū. de utero ſacratiſ

ſime virginis matris aſſum
pſiſti: et eundē ſanguinē de
ſacratiſſimo latere tuo i ara
crucis effudiſti: et in eadē car
ne a mortuis reſurrexiſti: et
iterum in eadē carne vētur'
es iudicare vivos et mortuos.
libera me famulū tuum N. p
hoc ſacratiſſimum corpus et
ſanguinē tuū quod modo i
altari tractatur. ab omnib9
immundicijs mētis et corpo
ris: et univerſis periculis:
preteritis preſentibus et fu

turis. Amen. Item alia orō.

Adoro te domine Je
ſu chriſte quem con
fiteor eſſe deum ue
rum. natum ex uirgine ma
ria: in cruce paſſum: in al
tari oblatum: regnantē in
celis. uēturum ad iudiciū.
Salua me obſecro te ꝑ uir
tutem tue paſſionis. quem
precioſo ſanguine redemi
ſti. Peccaui domine miſere
re mei: qui uiuis et regnas
in ſecula ſeculorum amen.

Jtem alia ad idem oratio.

Anima chriſti ſan
ctifica me. corpus
chriſti ſalua me.
ſanguis chriſti inebria me.
ſudor chriſti ſana me. paſ
ſio chriſti conforta me. O
bone ieſu exaudi me. i tua
uulnera abſconde me. Ne
permittas me ſeparari a te.
ab hoſte maligno defēde
me. et in hora mortis mee
uoca me. Jube me uenire ad
te. et pone me iuxta te: ut cū

ſanctis angelis tuis laudē
te in ſecula ſeculorū amen.

Ad contemplandam domi
nicam paſſionem oratio:

Redemptor piiſ
ſime domine ie
ſu chriſte. Fac
me queſo parti
cipem meriti tue ſacratiſſiē
paſſionis: ut tue confixus
cruci: per eam ab omni peri
culo merear liberari. Fac do
mine ut ſit mihi indigno fa
mulo tuo lorica fortis in

corpore. ſit tutum medica
mentum in corde. ſit mihi
ſcutum inexpugnabile con
tra omnes uiſibilium et in
uiſibilium inimicorum me
orum inſidias: ſit mihi refu
gium et auxilium in tribula
tionibus. ſit fortitudo mea
in temporibus pacis. ſit pre
uius meus per diem. ſit illu
minatio mea per noctē: ſit
mihi comes in terris. ſit mi
hi portus ſalutis ex aquis.
Fac pie domine ſacratiſſiās

crucis tue potentiam mecū
eſſe ſtando et ſedendo. come
dēdo et bibēdo. uigilando
et dormiendo. in itineribus
et periculis omnibus. ✠

Crux tua deus ſanctificet
corpus et aīam meam: cuſto
diat ſenſū et cogitatiōes me
as. benedicat uerba ⁊ actus
meos: ſpiritū libidinis ⁊ ſu
perbie atq; inuidie. et omīa
uiciorū monſtra a me decli
nare faciat. et de uirtutibus
in ſublimes uirtutū gradus

me efficaciter conſcendere
faciat. Antecedat me bene
dictio ſancte crucis ✠ et ſb
ſequatur me: cuſtodiat et
protegat in viſu guſtu tactu
auditu atqꝫ odoratu. in car
ne et ſanguine. oſſibus et
neruis. viſceribus et medul
lis cum omnibus compagi
nibus meis intus et foris.
a planta pedis uſqꝫ ad uer
ticem capitis. Protegat me
ſanctiſſima tua ✠ crux do
mine a dextris ⁊ ſiniſtris.

ante et retro. ſubtus et ſup̄.
a periculis terre aeris ignis
et aque. a uentis. a fulgure.
a tonitru. a terre motu. a grā
dine. a niue. a turbine. a plu
uia. ab eſtu malo. a uolucri
bus. a ſerpētibus. a ſagitta
uolante in die. a negocio per
ambulante in tenebris: ab
incurſu et demonio meridi
ano. Per ſignū ſancte ✠
crucis libera me domine ab
omnibus inimicis qui mi
hi peccata mea improperā

tes detrahūt et adversantur
mihi: qui mihi etiā apud
te et homines nocere moliū
tur. et eripe me ab impietate
et insidijs eorū: et de presenti
adversitate et instanti angu
stia quam patior propter
mea inumerabilia peccata.
et converte luctum et tribula
tionē meā in gaudiū: ut
possim secura devotione et
tranquilla mēte: egregiam
virtutē sancte crucis tue in
vocare: et in solennitate tue

ſancte reſurrectionis mere
ar tibi mundus aſtare.
Qui cum deo patre et ſpi
ritu ſancto uiuis et regnas
deus per omnia ſecula ſe
culorum. Amen. ¶ Quicū
qꝫ legerit aut legi fecerit
uel audierit ſequens euā
gelium obtinebit trecētos
annos indulgētiarum a
Joanne papa primo cōceſ
ſas perpetuo duraturas.
Paſſio domini noſtri ieſu
chriſti ſecūdum ioannez.

In illo tēpore. app̄
hendit pilatus ie
sum et flagellauit
eum: et milites plectentes
coronam de spinis imposu
erunt capiti eius: et ueste
purpurea circumdederunt
eum. Et ueniebant ad eū
et dicebant ei. Aue rex iu
deoꝝ. Et dabant ei alapas.
Et expuebant in faciē eius.
et acceperunt harundineꝫ
et percutiebant caput eius.
Susceperunt autē iesum

baiulantē ſibi crucē. et exie
runt in illum locum qui di
citur caluarie locus. et ibi
crucifixerunt eum. Et cum
eo alios duos latrones hinc
et hinc. medium autē ieſum.
Poſtea ſciens ieſus omnia
que uētura erant dixit. Si
tio. Jlli autem ſpongiā ace
to madidam iſopo circum
ponentes offerebant ori eiꝰ.
Et cum guſtaſſet noluit bi
bere: sed dixit. Conſumatū
eſt. Et inclinato capite emi

ſit ſpiritum. Et ſtatim terra
tremuit. et ſol obſcuratus
eſt. Et uelum tēpli ſciſſū eſt.
et petre ſciſſe ſunt. et monu
menta aperta ſunt. et q dor
mierant ſurrexerunt. Que
cum uidiſſet cēturio dixit.
Vere filius dei erat iſte. Tan
dem unus miles lancea latꝰ
eius aperuit. Et continuo exi
uit ſanguis et aqua. Et qui
iſta uidit. teſtimonium per
hibuit. Et ſcimus quia uerū
eſt teſtimoniū eius. Deo grās.

Per hec euangelica dicta.
deleantur noſtra delicta. R.
Amen. V. Adoramus te ✝
chriſte et benedicimus tibi
R. Quia per crucē tuā re
demiſti mundum. Oremꝰ.
Deus qui manus et
pedes tuos et totū
corpus tuum pro
nobis peccatoribus in lig°
crucis poſuiſti: et coronā
ſpineam a iudeis in deſpe
ctum tui ſanctiſſimi corpo
ris ſuper caput tuū impoſi

tam ſuſtinuiſti. Et quinqꝫ
uulnera pro nobis in crucis
patibulo paſſus fuiſti: et
nos de tuo precioſiſſimo ſā
guine redemiſti: da nobis
queſumus hodie et quoti
die uſum penitētie. abſtinē
tie. patientie. humilitatis.
charitatis. caſtitatis ⁊ obe
dientie. lumen. ſenſum et
intellectum ueram ſciētiā
et perſeuerantiam uſqꝫ in
finem in omni opere bono.
Saluator mūdi qui cum

patre et ſpiritu ſancto uiuis
et regnas deus per omnia ſe
cula ſeculorum. Amē. Ad
impetrandam caſtitatem.

CLementiſſime
domine ieſu ch
ſte. uerbū a pa
tre cum uirgini
tatis et puritatis odore eter
naliter genitum: qui de ca
ſte uirginis matris uiſceribꝫ
mundum et immaculatū
ſancto tuo cooperante ſpi
ritu tibi corpus aptaſti.

fac me queſo deus meus con
ſeruatorē caſtitatis: cuiꝰ ama
torē te eſſe monſtraſti. fac me
per munditiam tibi et tue ca
ſtiſſime matri conformē. qui
uitā tuam in terris nobis
regulam tradidiſti. Per illā
igitur uirgineam puritatē
tuam et ſacratiſſime uirginis
matris tue te obſecro. impe
tra mihi patris tui potētiā
ad euincendum mee carnis
ſpurciſſime lubrica tētamē
ta: que me in campo uitioꝝ

impugnant. Infunde mihi
ſedium tuarum aſſiſtricē
ſapientiam ad effuganda
importuna oblectamenta
que in ꝓfundum ſcelerū
me precipitant. Condona
mihi ſpiritus ſancti tui cle
mentiam. ut ſui amoris ī
me accēdat ignem: qui re
nes meos et cor meū exu
rat. ne in fluxe carnis ſcan
dala prolabantur. O fons
ſapientie in excelſis ſcatu
riens. ⁊ ex ore altiſſimi pro

diens aſperge aqua tue be
nedicte gratie carnez me
am. ut frigeat uenus ī ea.
Alliga in me fomitē con
cupiſcentie carnalis. Cura
in me morbum dānabilis
nature. ne ancilla domine
tur. et domina ancilletur.
ſed ſubyciatur caro ſpiri
tui. et humilietur ancilla
ſub manibus dominē ſue.
Munda cor meū domine
ieſu ab immundis cogita
tionibus. purga labia mea

ab inhoneſtis locutionibꝫ.
Nam et ſi datus eſt mihi ſti
mulus carnis mee angelꝰ
ſathane qui me colaphiçet.
merear a te bone et pijſſime
ieſu cum apoſtolo audire.
ſufficit tibi gratia mea. Illā
obſecro mihi tribue quam
ex totis uiſceribus concupi
ſco. Sufficit enim mihi ut
mecum ſit ⁊ mecum labo
ret. uirtute cuius irrumpe
re ualeam iniquitates car
nis mee. ut fiat coꝛ meum

et corpus meum immacula
tum ut non confūdar. Et sic
tandē tibi casto corpore ser
uiam. et mundo corde place
am. Qui uiuis et regnas cū
eodem deo patre in unitate
eiusdē spiritus sancti deus.
per omnia secula seculorum.
Amen. Sequens oratio scri
pta est rome in ecclesia sācti
pauli ad pedes crucifixi. cu
ius titulus talis est. Bo
nifacius papa octauus cō
cessit cuilibet dicēti hāc ora

tionē continuatis diebus
xxx. ore confeſſo. corde cō
trito. omnium ſuorum pec
catorum remiſſionem.

Deus qui pro redēpti
one noſtra naſci ⁊ cru
cifigi uoluiſti. a iu
deis reprobari. a iuda oſculo
tradi. captiuari. uinculis li
gari. anne caiphe et pilato
offerri et coram eis illudi.
facie uelari. colaphis alapis
flagellis et harundine cedi.
ſputo conſpui. ſpinis coro

nari. et plurimis obprobri
is uexari. falsis quoqꝫ testi
bus accusari. et ut agnus
innocens tuam crucem por
tando ad uictimā duci. i cru
ce leuari. et clauoꝝ aculeis
perforari. felle et aceto pota
ri. inter latrones deputari.
lancea quoqꝫ uulnerari. · R
Tu domine iesu christe per
has sacratissimas penas ⁊
passiones tuas. quas ego
indignus peccator recolo.
et per sanctam crucē tuaꝫ

libera me de penis inferni:
et perducere me digneris mi
ſerum peccatorem. quo pdu
xiſti crucifixum ſero peniten
tem latronē. ubi uiuis et re
gnas cum deo patre et ſpiri
tu ſancto per omnia ſecula
ſeculorum. Amen. Bñdictio.
Crux ✠ uera. crux
✠ digna. lignum
ſuper omnia ligna.
Me tibi conſigna ✠ redi
mens a morte maligna.
Amen.

Qui infraſcriptam ora
tionē deuote dixerit
uel ſecum honorifice porta
uerit. omnium ſuorum pec
catorū obtinebit ueniam.
⁊ morte ſubitanea nō mo
rietur. Et quandocumqꝫ fu
erit aliquis in peccato mor
tali. aut alys pluribus ma
lis circundatus. confitea
tur deuote omnia peccata
ſua. ⁊ infallanter eorū con
ſequetur remiſſionē. Si
uero iter uolueris arripe

dicas illa die hanc oratio
nē. ⁊ nullum habebis i iti
nere impedimētum. ¶ Itē
ſi aliqua mulier in partu
laboret accipe alicuius fō
tis uel putei aquam. ⁊ dic
ſuper eam hanc orationē.
et da illi aliquantuluz ad
bibendum. ⁊ in illo partu
nullum patietur malum.
¶ Item ſi uis accedere ad
principes uel loqui coraz
rege uel quibuſuis alijs
prelatis. Fac celebrare miſ

ſam de beata uirgine que
incipit Vultum tuũ depre
cabuntur. Et pone dictã
oratione͂ ſupra caput tuũ
antequã ad eos uadas. et ſci
as q̃ in eis inuenies grãz
et honorem. Et illa die ĩ
qua eam dicis ſi in bello
fueris non cades. Si ĩ ma
ri et tẽpeſtas urgeat acci
pe cyphum plenũ aqua
maris. et dic deſuper hãc
oratione͂. qua finita pro
ijce aquam ĩ mare et con

tinuo cessabit tempestas.
quia ista oratio est medici
na doloris cuiuscumque. q̄a
plena est gratia domini no
stri iesu christi. ⁊ nullꝰ scit
uirtutē huius orationis
nisi solus deus. ¶ Si quis
denique a diabolo temptatus
fuerit. dicat hanc oratiōem
et in continenti liberabit.
et habebit gratiam contri
tionis et confessionis: et
multas alias uirtutes q̄
hic non scribuntur. ¶ Or.

Deus omnipotēs
pater ✠ et fili:
✠ et ſpiritus ✠
✠ ſancte. Da
mihi famulo tuo N. victo
riam contra inimicos meos.
ut non poſſint mihi nocere
reſiſtere nec contradicere:
ſed virtus eorū et conſiliū
ſit mihi in bonū. Tu deus
ſis fortitudo mea ⁊ refugi
um meum. ⁊ clypeus mee
defenſionis. ⁊ turris immo
bilis protectionis mee: ✠

quatenus diſpergantur et
conuertantur omnes ad
uerſarij ⁊ inimici mei. De
us ✝ habraam. deus ✝
iſaac. deus ✝ iacob. de
us omnium bene uiuētiū
libera me famulum tuum
N. de omnibus peccatis
meis. de anguſtijs. de tri
bulationibus ⁊ de pericu
lis. Da mihi robur forti
tudinem et perſeuerātiaȝ
in bono. ⁊ ſermonem re
ctum ⁊ bene ſonantem i

os meum. ut polita ⁊ gra
ta ſint omnia uerba mea
et perfecta omnibus me
uidentibus ⁊ audienti
bus me. ut inueniam gra
tiam et auxilium in omi̅
bus petitionibus meis.
Propheta clamans a
prelys dixit. Chriſtus in
ſe confidentem ſaluat. ✠
Chriſtus ✠ uincit. chriſt'
✠ regnat. chriſtus ✠ im
perat. Chriſte ✠ dignare
eſſe triumphator i om̄es

adverſarios meos. ut non
timeam quid faciat mihi
homo. Deus in nomine
tuo ſaluum me fac. et i uir
tute tua libera me Deus
miſereatur noſtri et bene
dicat nobis. illuminet uul
tum ſuum ſuper nos et miſe
reatur noſtri Libera me
domine ieſu chriſte fili dei
uiui qui in cruce ſuſpenſus
fuiſti. a lancea latus tuum
perforari permiſiſti. et pre
cioſiſſimo ſanguine tuo

nos redemiſti. Benedicat
me imperialis maieſtas.
✠ Protegat me ✠ regaliſ
diuinitas. cuſtodiat ✠ me
ſempiterna deitas. guber
net me uirginalis ✠ caſti
tas. foueat me ✠ glorioſa
trinitas. defendat me inſe
parabilis in trinitate ✠
unitas. dirigat me ✠ inef
fabilis bonitas. regat me
✠ potentia patris. uiſitet
me ✠ ſapientia filij. illu
minet me ✠ bonitas ⁊ uir

tus ſpiritus ſancti. Alpha
et o. ✠ deus et homo. ſit mi
hi iſta inuocatio ſalus et
eterna protectio. Amen.

Alia in ſanctam et indiui
duam trinitatem oratio.

Gloria laus ⁊ honor
uirtus poteſtas at
qꝫ iubilatio tibi ſit
o beata trinitas. lux in cir
cūſcriptibilis pater et fili
us ⁊ ſpiritus ſanctus. unꝰ
deus. unus omnipotēs. in
commutabilis eternus glo

noſus et immenſus. ubiqꝫ
et in omnibus rebus exi
ſtens per eſſentiam preſē
tiam et potentiam. In ha
bitare igitur dignare i me
per tuam gratiam ſecūdū
miſericordiaꝫ tuam q̄ ma
ior eſt q̄ꝫ credi poteſt: et
fac me digne te inuocare
laudare magnificare et p̄
dicare. qui non deficis ſpe
rantibus in te. Et concede
mihi miſerrimo peccatori
que omitti voluiſti ſic omit

tere, ꝛ perfecte adimplere q̄
tibi placita ſunt. ac de diui
nitate incomprehēſibili: et
de incarnatione uerbi illud
tenere firmiter ac credere qđ
expedit anime mee. et taliter
ut poſt huius uite curſum
contemplari et ſpeculari te
merear per omnia ſecula ſe
culorum. Amen. Sequitur
hymnus in ſeptē gaudia be
ate uirginis.

GAude
flore uirginali. que
honore ſpeciali trā

ſcendis ſplendiferum ange
lorum principatuz. ꝛ ſãctorꝝ
decoratum dignitate mune
rum. In ſecunduz gaudiuz
Gaude ſponſa cara dei.
nam ut clara lux di
ei ſolis datur lumiẽ.
ſic tu facis orbẽ terre· tue pa
cis reſplendere lucis plenitu
dine. In tercium gaudium.
Gaude ſplendens uas
uirtutum. cuius pen
dens eſt ad nutuz to
ta celi curia. te benignam et

felicē. iesu dignam genitricē
uenerans in gloria. quartū.

Gaude nexu uolunta
tis. ⁊ amplexu cha
ritatis. iuncta sic al
tissimo. ut ad uotum conse
quaris. quicquid uirgo de
precaris a iesu dulcissimo.

In quintum gaudium.

Gaude mater misero
rum. quia pater secu
loꝝ dabit te colenti
bus. congruentem hic mer
cedē et felicem poli sedem

regnis in celeſtibus. In ſe
Gaude xtū gaudiū.
uirgo mater chriſti.
tu que ſola meruiſti.
o uirgo pijſſima. eſſe tante
dignitatis. ut ſis ſancte tri
nitatis ſeſſioni proxima.

In ſeptimum gaudium.

Gaude uirgo mater
pura certa manēs
⁊ ſecura. q̄ hec tua
gaudia. non ceſſabūt nec
decreſcent. ſed durabunt
et floreſcent. per eterna ſecla̅

Amen. ℣. Exaltata es ſan
cta dei genitrix. ℟. Super
choros angelorum ad cele
ſtia regna. ℣. Domine exau
di orationem meam. ℟. Et
clamor meus ad te ueniat.

Dulciſſime domine ie
ſu chriſte qui beatiſ
ſimam genitricē tuā.
glorioſiſſimā uirginem ma
riam: perpetuis ac felicibus
gaudys in celo letificaſti:
concede propicius. ut eius
meritis et precibus continu

is. ſalutem et proſperitatē
mentis et corporis cōſequa
mur: et ad gaudia tue beati
tudinis et eius eterna felici
ter perueniamus. Qui uiuis
et regnas cum deo patre ī uni
tate ſpiritus ſancti deus. P
omnia ſecula ſeculorum. R.
Amen. Alia ad beatā ma
riā uirginē.
O Beata
maria ecce ad te ſu
ſpiro de hac ualle
miſerie. corde et ore clamo.
domina mea. fiducia mea:

ſolatium meum. ſpes mea
poſt filium tuũ tu mihi es.
Ergo ora pro me miſericor
die mater recõmenda me
filio tuo. Impetra mihi mi
ſericordiam et gratiam ſu
am. Medicina mentis ⁊ cor
poris in hora mortis mee
huic anime peccatrici ſuc
curre. ut eam ſuſcipias et
tuearis a rugientibus pre
paratis ad eſcam. et te duce
per viam cognitam deduca
tur ad locum quietis ⁊ pa

cis. O felix ac beata corpꝰ
meum et animam meam cu
ſtodie tue commendo: et
omnes actus meos totāqꝫ
uitam meam tibi omniuꝫ
regina committo. Obſecro
ergo te pietatis reginam ꝑ
amariſſimam paſſionē dul
ciſſimi filij tui. ut ab eodeꝫ
gratiam hanc mihi īpetres.
quatenus ſine ſacramento
uere penitētie de hac uita
non diſcedam. contritionē
ueram meorū peccatorum

donando. que es fons miſeri
cordie. mater clementie et
peccatorum uenia. et pro ſalu
te mea filium tuum quem
cooperante ſpiritu ſancto
concepiſti. digneris mea do
mina deprecari pro me miſe
ro peccatore. pectus et ube
ra oſtendere. quatenus ipſe
patri latus et uulnera que
ſuſcepit in crucis patibulo
repreſentet. et reddat eum
mihi miſericordem pariter
et placatum: quia in profū

do ſcelerum demerſus ſum.
Qui cum eodem deo patre
et ſpiritu ſancto uiuit et re
gnat in ſecula ſeculoꝝ. amē.
Sequentē orationē ſi quis
cū mentis puritate et cor
dis deuotiōe quinquies in
die dixerit. ſine dubio bea
tā uirginē in fine ſue uite
cū leticia ⁊ gaudio uidebit.
O Maria uirgo uirginū
rogo te per patrem.
cuius uirtus obum
brauit tibi. per filium qui in

te habitauit. per ſpiritũ ſan
ctum qui in te ſuperuenit:
per quẽ uitaſti culpam. eua
ſiſti penam. inueniſti gratiã.
Impetra mihi pyſſima culpe
ueniam: clementiſſima mi
ſero miſericordiam. dulciſ
ſima peccatori ſpiritus ſã
cti gratiam. ac finẽ bonuꝫ
per tuam ſalutarem preſẽ
tiam. ⁊ uitam eternã amẽ.

Sequitur alia Joannis
damaſceni in beatam ma
riam uirginẽ deuota orõ.

O immaculata. incon
taminata. incorru
pta intemerataqꝫ
ſponſa dei. regina noſtra:
que uerbum dei admirabi
li partu tuo mortalibus ad
iunxiſti: et expulſam natu
ram generis noſtri in celos
retuliſti. que deſperatorū
ſola es ſpes. et afflictoruꝫ
preſidium: promptuꝫ au
xilium omnibus ad te cur
rentibus. et cunctorꝫ chri
ſtianorꝫ tutum refugium.

ne queso abominens me pec
catorem flagitiosum. qui
turpibus cogitatione opere
uerbis et actione me totuz
feclaui. et per nequitiam. p
ignauiam et segnitiem spō
te me seruū feci: Quare cle
mentissima mater clemētis
simi dei miserere mihi pecca
tori. et accipe hanc meaz de
precationē. quam et si sor
didis labiis meis tibi offe
ro. et filium tuum dominū
et regē nostrum materna

fiducia freta exora. ut mihi
benigna ſue clemẽtie reſeret
uiſcera: et dimiſſis innume
ris delictis meis ad penitẽ
tiam conuertat: ac manda
torum ſuorum probatum
operarium efficiat. Adeſto
tu mihi pia benigna atq; mi
ſericors in uita preſenti fer
uens patrona opitulatrixq;.
impetus aduerſariorũ me
orum arcẽdo. et me ad ſalu
tem recte ducendo. ut tẽpo
re exitus mei miſerã aĩam

meam ſumēdo. et tenebro
ſas acies demonum mali
gnoꝝ procul fugando. De
mū in extremo tremēdi iu
dicij die eripe me ab et'nis
ſupplitijs. Et ineffabilis glo
rie filij tui domini noſtri ie
ſu chriſti coheredē me effi
ce. Quam utinā adipiſcar.
o uirgo parens. perſancta
dei genitrix. interceſſione ꝛ
ope tua. gratia uero atqꝫ mi
ſericordia unigeniti filij tui
domini noſtri ieſu chriſti.

quē decet uniuersa gloria.
honor et adoratio cum eter
no patre. semperqꝫ sancto.
clemente et uiuificante spi
ritu suo nunc et in secula se
culoꝝ. Amē. ¶ Sequitur
oratio ꝑ depellenda peste
seu epidimia. Signum
Tin quo filij dei sana
ti et liberati fuerūt
a morbo et a subi
tanea morte. Sancte ✠
deus. Sancte ✠ fortis Sā
cte et immortalis miserere

nobis. Pro memoria beati
ſebaſtiani antĩa. Sancte
ſebaſtiane miles beatiſſime.
quoniam tota patria lõbar
die liberata fuit a mortifera
peſte ⁊ a maligno hoſte tuis
precibus ⁊ meritis: interce
de pro nobis ad dominũ q
te elegit. ℣. Ora pro nobis
ſancte ſebaſtiane. ℟. Ut di
gni efficiamur promiſſioni
bus chriſti. ℣. Domine non
ſecundum peccata noſtra
facias nobis. ℟. Neqꝫ ſecũ

dum iniquitates noſtras re
tribuas nobis. ℣. Domine
exaudi orationem meã. ℟.
Et clamor meus ad te veniat.

Omnipotens oratio.
ſempiterne deus, q
mentis ⁊ precibus
beati et glorioſi martyris et
militis tui ſebaſtiani. quan
dam generalẽ peſtem homi
nibus mortiferam reuocaſti.
preſta ſupplicibus tuis, ut
qui pro ſimili peſte depellẽ
da ſub tua miſericordia con

fugiunt. eius meritis et iter
ceſſione: ab ipſa peſte: et
ab omni tribulatione libe
remur. Per dominū noſtrū
iesum christū filium tuum.
Qui tecū viuit et regnat in
unitate ſpiritus ſancti deus
per omnia ſecula ſeculorū
Amē. Et immediate dicitur
Recordare domine te
ſtamenti tui ſancti:
et dic angelo percutienti:
Ceſſet iam manus tua: ne
perdes omnem animam

uiuam. Tetragrãmaton.
Demum etiam subiugit.
Pater noster. Aue maria.
finis.

Sacri penitentie psalmi.



Añ. Ne reminiscaris dñe.

Domine psalmus
ne in furore tuo ar
guas me: neqꝫ in
ira tua corripias me. Mi

ſerere mei domine quoniã
infirmus ſum. ſana me do
mine quoniam conturba
ta ſunt oſſa mea. Et ani
ma mea turbata eſt ualde.
ſed tu dñe uſqȝ quo. Con
uertere domine et eripe ani
mam meam: ſaluũ me fac
propter miſericordiã tuã
Quoniam non eſt ĩ mor
te qui memor ſit tui: ĩ in
ferno autem quis confi
tebitur tibi. Laboraui in
gemitu meo. lauabo per

singulas noctes lectum
meum. lachrymis meis
stratum meum rigabo. Tũ
batus est a furore oculus
meus. inveteravi inter oẽs
inimicos meos. Discedi
te a me omnes qui opera
mini iniquitatem. quoni
am exaudivit dominus
vocem fletus mei. Exau
divit dominus depreca
tionem meam. dominus
orationem meã suscepit.
Erubescant et conturbẽ

tur uehemēter omnes inimi
ci mei: conuertantur et eru
beſcant ualde ueloċiter. Gloria
patri. Sicut erat. pſalmus.
Beati quorū remiſ
ſe ſunt iniquitates.
et quorum tecta ſūt
peccata. Beatus uir cui nō
imputauit dominus pecca
tum: nec eſt in ſpiritu eius
dolus. Quoniam tacui i
ueteraueriunt oſſa mea. dū
clamarem tota die. Quo
niam die ac nocte grauata

est super me manus tua. cō
uersus sum in erūna mea:
dum configitur spina. De
lictum meum cognitū tibi
feci. et iniustitiam meā nō
abscondi. Dixi confitebor
aduersum me iniustitiam
meam domino: et tu remisi
sti impietatem peccati mei
Pro hac orabit ad te oīs
sanctus. in tēpore oportūo
Uerūtamen in diluuio aq̄
rum multarū: ad deū non
approximabunt Tu es re

fugium meum a tribulatio
ne que circumdedit me: ex
ultatio mea erue me a cir
cumdantibus me Intel
lectum tibi dabo et inſtru
am te: in via hac qua gra
dieris firmabo ſuper te ocu
los meos Nolite fieri ſicut
equs et mulus. quibꝫ nõ
eſt intellectus In chamo
et freno maxillas eorum
conſtringe. qui non appro
ximant ad te Multa fla
gella peccatoris. ſperãtes

autem in domino miſericor-
dia circundabit. Letami-
ni in domino et exultate iu-
ſti. et gloriamini omnes re-
cti corde. Gloria. pſalm9
Domine ne in furo-
re tuo arguas me.
neqꝫ in ira tua cor-
ripias me. Quoniam ſa-
gitte tue infixe ſunt mihi.
et confirmaſti ſuper me ma-
num tuam. Non ē ſanitas
in carne mea. a facie ire tue.
non eſt pax oſſibus meis

a facie peccatorum meorū.
Quoniam iniquitates
mee ſupergreſſe ſunt caput
meum: et ſicut onus graue
grauate ſunt ſuper me. Pu
truerunt et corrupte ſunt
cicatrices mee. a facie inſipi
entie mee. Miſer factus ſū
et curuatus ſum uſq; i finē.
tota die contriſtatus ingre
diebar. Quoniam lumbi
mei impleti ſunt illuſionib;.
et non eſt ſanitas in carne
mea. Afflictus ſum et hu

miliatus ſum nimis. rugie
bam a gemitu cordis mei.
Domine ante te omne de
ſiderium meum: et gemitus
meus a te non eſt abſcondi
tus. Cor meum conturba
tum eſt dereliquit me uirtus
mea. et lumen oculorum meorum
et ipſum non eſt mecum. A
mici mei et proximi mei. ad
uerſum me appropinqua
uerunt et ſteterunt. Et
qui iuxta me erant de longe
ſteterunt. et uim faciebant

qui querebant animā meaȝ.
Et qui inquirebant mala
mihi locuti ſunt uanitates.
et dolos tota die meditabā
tur. Ego autem tanquam
ſurdus non audiebam: et
ſicut mutus non aperiēs os
ſuum. Et factus ſū ſicut
homo non audiens. et non
habens in ore ſuo redargu
tiones. Quoniam in te do
mine ſperaui. tu exaudies
me domine deus meus.
Quia dixi nequando ſup

gaudeant mihi inimici mei.
et dum cõmouentur pedes
mei ſuper me magna locuti
ſunt Quoniam ego in fla
gella paratus ſum. ⁊ dolor
meus in conſpectu meo ſẽp
Quoniam iniquitatẽ me
am annunciabo. ⁊ cogitabo
pro peccato meo Inimici
autem mei uiuunt. et cõfir
mati ſunt ſuper me. ⁊ mul
tiplicati ſunt qui oderunt
me inique Qui retribuunt
mala pro bonis detrahebãt

mihi. quoniam ſequebar bo
nitatē. Ne derelinquas me
domine deus meus. ne di
ſceſſeris a me. Intēde in ad
iutorium meum. domine de
us ſalutis mee. Gloria p.
Miſerere mei psalmus
deus ſecundum ma
gnam miſericordiā
tuam. Et ſecundum multi
tudinem miſerationum tua
rum. dele iniquitatē meā.
Amplius laua me ab iniq
tate mea. ⁊ a peccato meo

munda me. Quoniam ini
quitatē meam ego cognoſco.
et peccatum meum contra
me eſt ſemper. Tibi ſoli pec
caui ⁊ malum coram te feci.
ut iuſtificeris in ſermonibꝫ
tuis. ⁊ uincas cum iudicaris
Ecce enim in iniquitatibꝫ
conceptus ſum. ⁊ in peccatis
concepit me mater mea. Ec
ce enim ueritatem dilexiſti:
incerta ⁊ occulta ſapientie
tue manifeſtaſti mihi. Aſp
ges me yſopo ⁊ mundabor:

lauabis me et sup niuem
de albaboꝛ Auditui meo
dabis gaudium ⁊ leticiã.
et exultabunt oſſa humi
liata Auerte faciem tuaꝫ
a peccatis meis. ⁊ omnes
iniquitates meas dele.
Coꝛ mundum crea i me
deus. et ſpiritum rectum i
noua in uiſceribus meis.
Ne proiicias me a facie
tua. et ſpiritum ſanctũ tu
um ne auferas a me Red
de mihi leticiam ſalutaris

tui. et spiritu principali cō
firma me. Docebo iniquos
uias tuas. et impii ad te cō
uertentur. Libera me de
sanguinibus deus deus sa
lutis mee. ⁊ exultabit lin
gua mea iustitiam tuam.
Domine labia mea aperi
es. ⁊ os meum annūciabit
laudē tuam. Quoniam si
uoluisses sacrificiū dedis
sem utiqz. holocaustis nō
delectaberis. Sacrificiuz
deo spiritus contribulatꝰ

cor contritum ⁊ humiliatu
deus non deſpicies. Benigne fac in bona uoluntate
tua ſion: ut edificentur mu
ri hieruſalē. Tunc accepta
bis ſacrificium iuſticie obla
tiones ⁊ holocauſta. tūc im
ponent ſuper altare tuū ui
tulos. Gloria. Pſalmus.

Domine exaudi ora
tionem meam: et
clamor meus ad te
ueniat. Non auertas faciē
tuam a me. in quacūqꝫ die

tribulor inclina ad me aurē
tuam. In quacumqз die in
uocauero te uelociter exau
di me. Quia defecerunt ſi
cut fumus dies mei: ⁊ oſſa
mea ſicut cremium aruerūt.
Percuſſus ſum ut fenum
et aruit cor meum: quia ob
litus ſum comedere panē
meum. A uoce gemitus mei
adheſit os meum carni mee
Similis factus ſum pelli
cano ſolitudinis: factus ſū
ſicut nycticorax i domicilio.

Vigilaui ⁊ factus ſũ ſicut
paſſer ſolitarius in tecto.
Tota die exprobrabant
mihi inimici mei: et qui lau
dabant me aduerſum me
iurabant Quia cinerẽ tan
quam panem manducabã.
et poculum meum cũ fletu
